



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia**

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

2 vtrnm inobedientia sit grauissimum peccatorum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72772](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72772)



QVAESTIO CV.

De Inobedientia in duos articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de inobedientia.

- Et circa hoc quaruntur duo. Primo, Vtrum sit peccatum mortale. Secundo, Vtrum sit grauisimum peccatorum.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum inobedientia sit peccatum mortale.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, qd inobedientia non sit peccatum mortale.

Obiectio. Ambrosij superi. Si ergo inobedientia esset peccatum mortale, oporteret esse peccatum mortale. Sed per Gregor. dicitur qd inobedientia oritur ex inanis gloria: sed inanis gloria non est peccatum mortale. Ergo nec inobedientia.

Præterea. Tunc dicitur aliquis esse inobediens, quoniam superioris præceptum non implet: sed superiores præcepta multiplicata, quæ vix, aut nunquam omnia potest obseruari. Si ergo inobedientia esset peccatum mortale, sequeretur qd homo non posset vitare mortale peccatum, quod est inconueniens. Non ergo inobedientia est peccatum mortale.

Sed contra est, quod ad Romanos 1. & secundum ad Timotheum 3. inter alia peccata mortalia computantur parentibus non obediens.

Respondendum. Dicendum, qd sicut supra dictum est, peccatum mortale est, quod contrariatur charitati, per quam est spiritalis vita. Charitate autem diligitur Deus, & proximus. Exigit autem charitas Dei, vt eius mandatis obediatur, vt supra dictum est. Et ideo inobedientem esse diuini præceptis est peccatum mortale, quasi diuinæ dilectionis contrariū. In præceptis autem diuinis continetur, qd etiam superioribus obediatur. Et ideo etiam inobedientia, qua quis inobediens est præceptis superiorū, est peccatum mortale, quasi diuinæ dilectioni contrariū, sicut in illud ad Romanos 13. Qui potestati resistit, Dei ordinationi resistit. Contrariatur in sup dilectioni proximi, in qua tū superiorū proximo subtrahit obediētiā, quā ei dēt.

Ad PRIMVM ergo dicendum, qd illa diffinitio Ambrosij datur de peccato mortali, quod habet perfectam peccati rationem. Peccatum autem veniale non est inobedientia, quia non est contra præceptum, sed præter præceptum. Nec etiam omne peccatum mortale est inobedientia proprie, & per se loquendo, sed solum tunc, quando aliquis præceptum contemnit: quia ex fine morales actus speciem habent. Cum autem facit aliquid contra præceptum, non propter præcepti contempum, sed propter aliquid aliud, est inobedientia materialiter tantum, sed pertinet formaliter ad aliam speciem peccati.

Ad SECUNDVM dicendum, qd inanis gloria appetit manifestationem alicuius excellentiæ. Et quia ut ad quandam excellentiam pertinet, qd homo præceptis aliter non subdatur: inde est qd inobedientia ex inanis gloria oritur. Nihil autem prohibet ex peccato ven-

iali oriri mortale, cum veniale sit dispositio ad mortale.

Ad TERTIVM dicendum, qd nullus obligatur ad impossibile: & ideo si tot præcepta prælati aliquis ingerat, seu iniungat, quod subditus ea implere non possit, excusatur a peccato. Et ideo prælati abstinere debent a multitudinē præceptorum.

ARTICVLVS II.

Vtrum inobedientia sit grauisimum peccatorum.

AD SECUNDVM sic proceditur. Videtur, quod inobedientia sit grauisimum peccatum. Dicitur enim i. Regum 15. Quasi peccatum arietandi est repugnare, & quasi scelus idolatria nolle acquiescere: sed idolatria est grauisimum peccatum, vt supra habitum est. Ergo inobedientia est grauisimum peccatum.

Præterea. Illud peccatum dicitur esse in Spiritum sanctum, per quod tolluntur impedimenta peccati, vt supra dictum est: sed per inobedientiam contemnit homo præceptum, quod maxime retrahit hominem a peccando. Ergo inobedientia est peccatum in Spiritum sanctum: & ita est grauisimum peccatum.

Præterea. Apostolus dicit ad Romanos 5. Quod per unius inobedientiam peccatores multi constituti sunt: sed causa videtur esse potior effectu. Ergo inobedientia videtur esse grauius peccatum, quam alia quæ ex ea causantur.

Sed contra est, qd grauius est contemnere præcipientem, quam præceptum: sed quedam peccata sunt contra ipsam personam præcipientis, sicut patet de blasphemia, & homicidio. Ergo inobedientia non est grauisimum peccatum.

Respondendum. Dicendum, qd non omnis inobedientia est æquale peccatum. Potest enim vna inobedientia esse grauior altera dupliciter. Vno modo, ex parte præcipientis. Quamuis enim omnem curam homo apponere debeat ad hoc, quod cuiuslibet superiori obediatur, tamen magis est debitum qd homo obediatur superiori, quam inferiori potestati, cuius signum est, qd præceptum inferioris prætermittitur, si sit præcepto superioris contrariū. Unde consequens est, quod quanto superior est ille qui præcipit, tanto ei inobedientem esse sit grauius, & sic inobedientem esse Deo, est grauius quam inobedientem esse homini. Secundo, ex parte præceptorum. Non enim præcipiens æqualiter vult impleri omnia quæ mandat. Magis enim vnusquisq; præcipiens vult finem,

Super Quæstio. 103. Articulus secundum.

In artic. 1. eiusdem 105. qd. nota primo, qd in litera inobedientia diuini præcepti grauius dicitur peccatum, quam adulterium ex ipsa ratione inobediētiæ, quia scilicet est peccatum contra Deum: illud vero est peccatum in hominem. Et ex principio corporis articuli manifestat sensus intentus, quod scilicet intendit de illa inobedientia ratione, quæ tenet ex parte præcipientis Dei. Nam cum ad præceptum tria concurrant, scilicet præcipientis excellentia, actus præceptus, & ipsum præceptum, author in litera grauitatem inobediētiæ graduat ex duobus primis, scilicet diuersitate præcipientium, & re præcepta: & ex excellentia Dei præcipientis, inobediētiā diuini præcepti præponit peccato in hominem, ut patet in litera. Quo fit ut presens litera aut intelligatur de ratione causali inobediētiæ, est enim excellentia præcipientis ratio causalis inobediētiæ, ut in q. præcedente art. 2. ad 4. dixit author: aut intelligatur de ratione formali inobediētiæ, qua constituitur in hoc, quod est esse peccatum contra Deum, iuxta ibidem a nobis explanata. & licet uterque sensus in idē deducatur, sensus tamē formalis est & c. Declaranda occurrit deinde litera, quia obscura apparet. Scito ergo quod litera ab illo loco, sic ergo oportet secundum diuersos inobediētiæ gradus, incipit applicare ad propositum, & tres, aut quatuor comparationes facere. Prima est inter inobediētiā Dei, & peccatum contra hominem, scilicet Dei inobediētiā. Verbi gratia.

Opu. 64. c. 11. & Heb. lect. 2.

Q. 94. art. 3. Q. 14. art. 2.



etia. Inter peccatum quo quis contemnit preceptum Dei, & peccatum quo quis offendit proximum adulterio, homicidio, furto, &c. & in hac comparatione dicitur, quod inobedientia Dei est grauius peccatum. Secunda est inter inobedientiam Dei, & peccatum contra proximum, inclusa inobedientia Dei. Et in hac comparatione dicitur, quod adhuc inobedientia est grauius peccatum, si tamen in aliquo potiori quam sit offensa illi proximo, preceptum Dei contemneret. Tertia est inter peccatum quo contemnitur precipiens, & peccatum, quo contemnitur preceptum. Et haec, quia tractatur inter hominem, & suum preceptum, & similiter inter Deum, & suum preceptum, ideo quatuor dici possunt comparationes. Una tamen est formaliter haec tertia, & in ea dicitur, quod grauius est peccatum quo contemnitur homo precipiens, pura, despectus superioris, quam inobedientia. Et similiter grauior est blasphemia, qua contemnitur Deus, quam inobedientia preceptorum eius, & hoc etiam seclusa a peccato blasphemiae inobedientia, hoc est, contemptu precepti. Hic est sensus litterae. Et sic diuersi gradus inobedientiae diuersis aliorum peccatorum gradibus sunt comparati, ut in littera applicando proposuit. Et hinc patet, quibus peccatis quae inobedientia est grauior, & quibus non. Ratio primae comparationis est, quia per se loquendo, totum genus peccatorum in Deum excedit totum genus peccatorum in proximum, ceteris paribus. Inobedientia autem Dei formaliter est peccatum in Deum, aut in se, aut proximum. Haec. n. distinctio in praecedenti libro reliquis prelata est. Et peccatum tam in se, q̄ in

& id quod est fini propinquius. Et ideo tanto est inobedientia grauior, quanto preceptum quod quis praeterit, magis est de intentione illius qui praecipit. Et in preceptis quidem Dei manifestum est, quod quanto preceptum datur de meliori, tanto est eius inobedientia grauior: quia cum voluntas Dei pro se ferat ad bonum, quanto aliquid est melius, tanto Deus vult illud magis impleri. Vnde qui inobediens est precepto de dilectione Dei, grauius peccat, quam qui inobediens est precepto de dilectione proximi. Voluntas autem hominis non semper magis fert in melius: & ideo ubi obligamur ex solo hominis precepto, non est grauius peccatum ex eo, quod maius bonum praeteritur, sed ex eo, quod praeteritur illud, quod est magis de intentione praecipientis. Sic ergo oportet secundum diuersos inobedientiae gradus diuersis peccatorum gradibus comparare. Nam inobedientia, qua contemnitur Dei preceptum, ex ipsa ratione inobedientiae grauius est peccatum, quam peccatum quo peccatur in hominem, si discerneretur inobedientia Dei. Et hoc ideo dico, quia qui contra proximum peccat, et contra Dei preceptum agit. Si tamen in aliquo potiori preceptum Dei contemneret, adhuc peccatum grauius esset. Inobedientia autem qua contemnitur preceptum hominis, leuior est peccato quo contemnitur ipse precipiens, quia ex reuerentia praecipientis procedere debet reuerentia precepti. Et similiter peccatum quod directe pertinet ad contemptum Dei, sicut blasphemia, uel aliquid huiusmodi, grauius est et semota per intellectum inobedientia a peccato, quam esset illud peccatum, in quo contemnitur solum Dei preceptum.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod illa comparatio Samuelis non est aequalitatis, sed similitudinis: quia inobedientia redundat in contemptum Dei, sicut & idolatria, licet idolatria magis. AD SECUNDUM dicendum, quod non omnis inobedientia est peccatum in Spiritum sanctum, sed solum illa, cui obstinatio adhibetur. Non enim contemptus cuiuscumque, quod peccatum im-pedit, constituit peccatum in Spiritum sanctum. Alioquin cuiuslibet boni contemptus esset peccatum in Spiritum sanctum, quia per quodlibet bonum potest homo impedi in peccato: sed bonorum illorum contemptus facit peccatum in Spiritum sanctum, quaz

directe ducunt ad penitentiam, & remissionem peccatorum. AD TERTIUM dicendum, quod primum peccatum primi parentis, ex quo in omnes peccatum emanauit, non fuit inobedientia secundum quod est speciale peccatum, sed superbia, ex qua homo ad inobedientiam processit. Vnde Apostolus in verbis illis videtur accipere inobedientiam secundum quod generaliter se habet ad omne peccatum.

QVAESTIO CVI. De Gratia, siue gratitudine, in sex articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de gratia, siue gratitudine, & ingratitudine.

CIRCA gratiam autem quaruntur sex.

- ¶ Primo, Vtrum gratia sit specialis virtus ab alijs distincta.
- ¶ Secundo, Quis teneatur ad maiores gratiarum actiones Deo, vtrum innocens, vel peccator.
- ¶ Tertio, Vtrum temper teneatur homo ad gratias pro beneficijs habendas.
- ¶ Quarto, Vtrum retributio gratiarum sit virtus a maioribus beneficijs distincta.
- ¶ Quinto, Vtrum sit mensuranda secundum beneficium, vel secundum dignitatem beneficii.
- ¶ Sexto, Vtrum oporteat aliquod ministerium ad gratias habendas.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum gratia sit specialis virtus ab alijs distincta.

AD PRIMUM sic proceditur. Videtur quod gratia non sit virtus specialis ab alijs distincta. Quia maxima beneficia a Deo, & a parentibus sunt: sed honor, quem Deo retribuimus, non ad virtutem religionis, honor autem retribuius parentibus, pertinet ad virtutem pietatis. ergo gratia, siue gratitudo non est virtus ab alijs distincta.

¶ 2. Praet. Retributio proportionalis peccatis commutatur, ut patet per philosophum. 5. Ethic. sed gratia redduntur pro peccatis. ibidem dicitur, ergo redduntur gratitudo. ergo redduntur gratitudo est specialis virtus ab alijs distincta.

¶ 3. Praet. Recompensatio requiritur ad conferendam, ut patet per philosophum. 1. ethic. sed amicitia se habet ad conferendam, propter quas homo amatur, ergo gratia, siue gratitudo, ad quam pertinet recompensatio, est specialis virtus.

SED CONTRA est, quod Tullius peritiam specialem iustitiae partem.

RESPON. Dicendum, quod siue supra dicitur diuersas causas, ex quibus aliquid debet differenciam debiti reddendi rationem, semper in maiori, illud quod maius est